

- Formosa myrtus Veneri, sua laurea Phœbo.
Phyllis amat corylos: illas dum Phyllis amabit,
Nec myrtus vincet corylos, nec laurea Phœbi.
65 T. Fraxinus in silvis pulcherrima, pinus in hortis,
Populus in fluviis, abies in montibus altis?
Sæpius at si me, Lycida formose, revisas,
Fraxinus in silvis cedat tibi, pinus in hortis.
M. Hæc memini, & victum frustra contendere Thyrsia.
70 Ex illo Corydon, Corydon est tempore nobis.

myrtus pulcherrima Veneri, Apollini sua laurea. Phyllis amat corylos: quamdiu Phyllis amat illas, nec myrtus, nec laurea Apollini superabit corylos. T. Fraxinus formosissima est in nemoribus, pinus in hortis, populus in fluviis, abies in montibus excelsum: sed si me sæpe intrusas, o pulcherrime Lycida, fraxinus in nemoribus, pinus in hortis, cedet tibi. M. Recordor illorum carminum, & quod Thyrsis superatus frustra pugnaverit. Ab illo tempore Corydon, habetur a nobis aere Corydon.

NOTÆ.

ca, casque laudes a variis arboribus petit. Populus, Ital. Pioppo, sacra Herculi, quia in populo coronatus adiit inferos: unde pars ca foliorum, quæ capiti appressa erat, ex capitis sudore palluit; quæ pars ad auras obveria erat, loci fuligine nigram quandam viriditatem contraxit. De populo, G. 2. 13. De Alcide, Æm. 5. 414. Vitis. Baccho facta; quia vini inventor apud profanos auctores habetur. De Laccho, Bacchi nomine, Eclog. 6. 15.

62. Myrtus. Veneri sacra, vel propter odoris delicias; vel quia frequens in litore maris, cuius e spuma Venus orta fingitur, Eccl. 2. 54. Laurea. Sacra Phœbo, propter Dapnen in laurum mutatam. Sumitur sæpius pro corona e lauro: hic tamen pro ipsa arbore: ut & apud Hor. Od. l. 2. 15. 9. Tanaëssa ramis laurea. De lauro, Eccl. 2. 54. De corylis, Eccl. 1. 14.

65. Fraxinus, &c. Ital. Frassino. Abies, Ital. Abete, forse di legni, &c.

69. Et victum frustra, &c. Victoria penes Corydonem. Quia Corydon in primo amœbio orditur a pietate in Deos: Thyrsis a rabie, quia inimicum incestit. In secundo Corydon invocat Dianam castum numen: Thyrsis Priapum, obsecrum Deum. In tertio Corydon blandissima vota facit: Thyrsis dira imprecatur sibi. In reliquis Corydon læta, Thyrsis tristitia ut plerumque canit.

70. Ex illo, &c. I. Servius vult hic sensum abruptum esse, ex decore pastoralis rusticitatis: & sic supplet: Ex illo tempore Corydon est nobis; habetur a nobis, victor nobilis supra omnes. Sed hoc durum. II. Nannius unus omnium legit, non quidem nobis, sed nobilis, seu nobilit per contractionem: sed hoc durius & absque auctoritate. III. Simplicius: ex illo tempore Corydon habetur a nobis vere Corydon; id est, vere dignus ea fama, qua floret apud omnes.



ECLOGA VIII.

* PHARMACEUTRIA.

ARGUMENTUM.

LÆ sunt hujus Eclogæ partes. Prima est tertio, secunda & secundo Theocriti Idyllia fere deprempta. In prima juvenis, Nisæ puellæ procus, Mopsum vivalem sibi prelatum dolet. In secunda venefica Daphnim, a se aversum, incantationibus magis ad se, suumque amorem pellicit. Primam canit Damon, secundam Alphesibœus: noster in sua; sed hic in veneficæ, ille in precii persona. Utrumque pastorem inducit Virgilius. Tum opus dicat Asinio Pollioni; non, ut multi putant, Octaviano Casari; quemadmodum notæ docebunt.

Scripta est anno U. C. 715. Virgilius 31. L. Marcio Censorino, & C. Calvisio Sabino Coss. cum Pollio, subactis Partbinis, & perlustratis oræ Illyricæ populis, per Venetiam & Timavi suavi oria, Romam ad triumphum rediret.

NOTÆ.

* PHARMACEUTRIA. Id est venefica: ἐπιμαχὴν, veneficæ, & ἐπιμαχίτην, veneficæ. ἐπιμαχίτην enim ambigua vox est: & modo retulit autem ad secundam tantum Eclogæ medium, modo venenum significat: unde partem attinet, quæ canitur ab Alphesibœo.

DAMON, ALPHESIBOËUS.

Pastorum Musam, Damonis & Alphesibœi,
Immemor herbarum quos est mirata juvenca
Certantes, quorum stupefactæ carmine lynces,
Et mutata suos requierunt flumina cursus:
Damonis Musam dicemus & Alphesibœi.
Tu mihi, seu magni superas jam faxa Timavi,

Sive

INTERPRETATIO.

Narrabimus carmen pastorum, Damonis & Alphesibœi, quos canentes admiratæ sunt vacca oblitæ pabuli: quorum ad cantum obstupere lynces, & fluvii turbati sobiberunt suos cursus. Tu mihi tave, o Pollio! sive jam transcendis rupes Timavi,

sive

NOTÆ.

DAMON. Eclog. 3. 17. ALPHESIBOËUS. l. 2. 18. 25. Alcmena geminas requieverat Arctos. Et Seneca in Hercule Oetzo 1586. Quam tuas laudes populi quiescant.

3. Lynx. Lynx, animal acutissimi visus e luporum cervariorum genere, maculosa & varia pelle.

6. Tu mihi, seu, &c. Pollionem hic appellat, non Octavianum: bellum enim Illyricum & Dalmaticum ab Octaviano Cæsare non gestum est, nisi post devictum occidit, mutato cursu desectentia ab alveo, ut cistumque Sextum Pompeium. Pollionis autem expeditio in Parrhinos, Illyrici populi postquam ad eos pervenere. Vel activum est, ut constat ex fastis Capitol. & animadvertit id est, turbata: undis quæ affluebant, in eas co Scalgier, quod per faxa Timavi, res in telli.

50 Sive oram Illyrici legis æquoris: en erit unquam
Ille dies, mihi cum liceat tua dicere facta?
En erit, ut liceat totum mihi ferre per orbem
10 Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno?
A te principium; tibi desinet: accipe iussis
Carmina cœpta tuis, atque hanc sine tempora circum
Inter vidtrices hederam tibi serpere lauros.
Frigida vix cœlo noctis decesserat umbra,
15 Cum ros in tenera pecori gratissimus herba est:
Incumbens tereti Damon sic cœpit olive.
D. Nascere, præque diem veniens age, Lucifer, alnum:

Con-

siue roboris circum litus maris Illyrici. Nunquamne aderit illud tempus, quo permittetur mihi narrare tua gesta? Nonne aderit illud tempus, cum poterio laudare per totum orbem tuas tragædias: quæ sola, dignæ sunt cothurno Sophocli? A te incipi, in te finiam: accipe iussis inchoatos ex mandato tuo: & permittit ut hæc hederam repat circum caput tuum, inter lauros triumphales. Vix frigida senectus noctis abierat ex aere, cum ros in molligerrima succulissimus est pœdibus. Tunc Damon inmitens oleæ tereti, sic orsus est. D. Orere, Lucifer, & prævius adhibe incem:

N O T Æ.

telligat ab eodem Pollione gestas circa Alitimum, urbem in Venetia: quibus de rebus ita Velleius l. 2. polliquam Lucii Antonii Perusinum dedicationem descripsit. Pollio, *Antinus cum septem legionibus, diu retenta in potestate Antonii Venetia, magnis spectiosaque rebus circa Alitimum atque ejus regionis urbes editis, Antonium petens, vagum adhibe Domitium & proprie classis suam ducem, consilio suis illosum esse res illas a Pollione, contra Octavianum, & pro M. Antonio Lucii fratre, gestas esse: necque Virgilius adeo expers fuit bonæ mentis, ut in ipsis Octaviani oculis Pollionem laudaret ob ea ipsa, quæ adversus ipsum præclare gesserat. Igitur melius hæc intelligo de reditu Pollionis e Dalmatia Romanam rediit quidem itinere, sed oram Illyricam, & ipsa Venetia litora lustrando.*

6. *Timæus, &c.* Timæus, Fluvius Carnorum, qui populi sunt in Foro-Julienfi ditione, nel Friuli, Provincia del Veneziano. Latissimus, sed brevissimus ejus decursus: quippe novem fontibus e monte erumpens, ad sanum Diomedis, nunc S. Giovanni, non longè post spatium in mare Adriaticum devolvitur. Ad ejus ostia insulæ parvæ quedam sunt, insignes calidis fontibus, qui maris æstu increscunt. Has forte insulas vocat hic Poeta, *Jaxa Timæi.*

7. *Illyrici.* Illyricum, regio amplissima, in longitudinem obversa Italiae. a qua per mare Adriaticum dividitur: universim hodie dicta *Illyria*. Vulgo duas in partes apud veteres divisa. *Liburniam*, quæ ad occidentem: & *Dalmatiam*, quæ ad orientem est. *En erit.* Ecl. l. 68.

10. *Sophocleo, &c.* Scripsit quidem Augu-

stus tragædiam *Asajem*; sed posterioribus, ut verisimile est, pacatiusque temporibus. Adde quod in lucem non eiecit; ac ne periclit quidem, sed delevit: unde dicere solitus erat, *Ajacenti suum in spongiam incubuisse, ut esset apud Sveronium.* At ex Horatio Od. l. 2. i constat Pollionem, triumphum sui tempore, tragædiarum scriptorem fuisse nobilem. *Paulum Severum Mula tragædiæ desit theatris, &c.* Per cothurnum, altiore calcem, tragædia ipsa intelligitur: ut per *sockum*, calcem humilem, comedia, versulque humiles. Horat. de Art. Poet. 90. *Indignatur item privati, ac prope sacro digni carminibus navari cœna Thyestæ.* *Sophocles* Athenicentis, tragice quosque princeps, exhibuit fabulas 123, in quibus ter & vicies victoriam retulit; quarum postrema cum ei præter spem contigisset, repentino gaudio exspiravit. Cothurnum primus induxit in Theatrum. De *Cothurno*, Ecl. 7. 32.

11. *A te principium; tibi desinet, &c.* Videtur potest hoc ad Augustum spectare: cuius in honorem primam Eclogam, & ultimum opus *Æneida* conscripsit. Melius tamen ad Pollionem; cuius gratia recuperavit agros, indeque scribendi occasionem arripuit. Quod si non desinit in ejus laudibus, ut promiserat, meminervis multa poetas promittere, quæ non exsolvunt.

13. *Hederam, &c.* Permittit ut cingam tibi caput hæc hederam poetica; dum te milites tui triumphantem coronant lauro vidtrici, id est, ut te laudem poetam poeta; dum te vidtorem laudant ilii, qui tecum vidtores sunt. Olim coronam posturam ex hederâ; triumphantium e lauro: quænamque deinde poetas etiam e lauro dara est. Vide Eclog. 7. 24.

Conjugis indigno Nisæ deceptus amore
Dum queror, & Divos (quamquam nil restibus illis
30 Profeci) extrema moriens tamen alloquor hora.
Incipe Mænalios mecum, mea tibia, versus.
Mænalus argutumque nemus pinosque loquentes
Semper habet: semper pastorum ille audit amores,
Panaque, qui primus calamos non passus inertes.
35 Incipe Mænalios mecum, mea tibia, versus.
Mopso Nisæ datur: quid non speremus amantes?
Jungentur jam gryphes equis, ævoque sequenti
Cum canibus timidi venient ad pocula damæ.
Mopsæ, novas incide faces: tibi ducitur uxor.

Sparge,

dum conqueror, delusus insano amore Nisæ sponsæ, & moriens appello Deos in ultima hora vitæ: quamvis nihil mihi profuit attestari eos. Incipe mecum, o mea fistula, pastorales cantus Mænalii. Mænalus habet semper silvæ canoram, & pinus resonante; semper ille mons audit amores pastorum, & Pana, qui primus non reliquit arundines inertes. Incipe mecum, o mea fistula, pastorales cantus Nisæ datur Mopso. Nos amatores quid non possumus expectare? Jam gryphes copulabuntur equis, & futuro temporibus parvula damæ veniens potum cum canibus. Mopsæ, præcide novas faces, sponsa deducitur ad te.

N O T Æ.

Vidtrices lauros. Triumphum intelligit Pollionis de Parthinis, anno U. C. 715. 8. Kal. Novemb., de quo in argumento Ecl. 4. dictum est. *Parthinus* autem, sive *Parthinus*, qui fuerint ambigitur. Hoc in Macedonia Plinius, in Epiro Strabo collocat: in Illyrico cæteri, eaque Illyrici parte, quæ Dalmatia proprie dicitur. Rursus qua in parte Dalmatia, dubitatur. Urbs enim eorum præcipua statuitur a Cæsare in ea Dalmatia ora, quæ Dyrrhachio & Macedoniae confinis est. Alii Dionem secuti *Epidaurum* esse volunt, *Ragusia*, in media fere Dalmatia. Alii *Salonas* esse putant in eo Dalmatiæ litore, quæ a Macedonia remotissimum est: idque auctore Servio, qui de Salonis urbe Dalmatiæ triumphasse Pollionem ante consulatum refert. Hinc factum est, ut Josephus ipse Scaliger in Eusebium p. 162. duplicem ejus triumphum perperam distinxerit, primum de Salonis Dalmatiæ, ante consulatum, alterum de Parthinis Macedoniae, post consulatum: sed contra factorum fidem, contra fidem historia: quæ res ab eo gestas usque ad consulatum, immo itinera ejus omnia fere describit, absque ulla prioris illius in Dalmatiæ expeditionis mentione. Dicendum igitur, unica expeditione Pollionem Illyricum perlustrasse; eamque victoriam & *Dalmaticam* fuisse dictam, quia Dalmatia præcipua pars Illyrici; & *Parthinicam*, quia Parthinii tum in Dalmatia forte plurimum poterant; & *Saloninam*, quia Parthinorum ditio ad hancque urbem pertinebat etiam potuit.

16. *Incumbens tereti olive.* Dicitur teretiquicquid rotundum & oblongum est, ut columba, truncus arboris, baculus. *Incumbens*, vel innitens baculo ex oliva; vel trunco arboris ipsius defensus.

18. *Conjugis, &c.* Non quæ erat, sed quæ fore sperabatur conjux. Sic *Æn.* 4. 536. *Quos ego jam toties sum designata marior,* id est, *procos*, qui Didoni conjugium ambiebant.

19. *Nil restibus illis, &c.* Nihil mihi profuit, quod Nisæ suam mihi fidem dederit, ejusque testes appellaverit Deos.

21. *Incipe Mænalios, &c.* Versus *intercalaris*, qui sepius aliis interponitur. *Mænalios*, Quales a pastoribus cani solent in Mænalio, monte Arcadiæ, qui Pani facit; in plurali numero *Mænalia*. *Argumentum.* Ecl. 7. l. *Pana.* l. 2. 21.

27. *Gryphes.* Vel *gryphi*, toto corpore leones, alis & rostro aquilæ, equis vehementer infestis, Apollini sacri, inquit Servius. Plinius tamen fabulosa monstrâ putat, ut & *Pegasus*, l. 10. 49.

28. *Damæ.* E genere caprarum silvestrium. *Ital. Damna.* Virgilio, masculini; cæteri, feminini generis.

29. *Mopsæ, novæ, &c.* Rivali suo. Nisæ marito, invidie gratulatur: eumque hortatur, cum anara indignatione, ut ritus omnes exsequatur nuptiarum, cum non imminet. I. Enim, prævis facibus quique, ducebatur uxor sub noctem in mariti domum: faces e spina, vel corylo, vel pinu, incidebantur in summa parte mutatas in virgulas, spicarum instar & aristarum, quo facilius ignem conciperent: unde G. l. 292. *Ferocque faces inspicat acuto.* Il. Maritus nuceis spargebat pueris, vel ut utroderent fe pueritiam relinquere: nuceis enim *relinquere*, adagium est, hoc ipsum significans. Vel ob alia mysteria, quæ apud Romanos videre est.

G 2

Abjice

- 30 Sparge, marite, nuces: tibi deserit Hesperus Oetam.
Incipe Mænalios mecum, mea tibia, versus,
O digno conjuncta viro! dum despicias omnes,
Dumque tibi est odio mea fistula, dumque capellæ,
Hirsutumque supercilium, proluxaque barba:
31 Nec curare Deum credis mortalia quemquam.
Incipe Mænalios mecum, mea tibia, versus.
Sepibus in nostris parvam te rosida mala,
(Dux ego vester eram) vidi cum matre legentem;
Alter ab undecimo tum me jam ceperat annus:
40 Jam fragiles poteram a terra contingere ramos.
Ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error!
Incipe Mænalios mecum, mea tibia, versus.
Nunc scio quid sit amor: duris in coribus illum
Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes,
45 Nec generis nostri puerum, nec sanguinis edunt.
Incipe Mænalios mecum, mea tibia, versus.
Sævus amor docuit natorum sanguine matrem
Commaculare manus; crudelis tu quoque, mater:

Cru-
Allice naces, o sponsa! Hesperus pro te relinquit Oetam. Incipe mecum, o mea fistula, pastorales cantus. O sociata digno marito! Dum contemnis reliquos, dumque odio habes meam fistulam, & capellæ, & supercilia mea pilosa, & barbam longam, & barbam nullam Deum providere mortalibus rebus. Incipe mecum, o mea fistula, pastorales cantus. In septic horti nostri vidi te ad huc parvam, colligentem cum matre poma pessula vire: ego vos ducebam illic. Tunc ordiatur annum duodecimum: Tunc poteram ab humo attingere tenues ramos. Statim ac te vidi, quomodo perii! quomodo novius error me rapuit mihi! Incipe mecum, o mea fistula, pastorales cantus. Jam cognosco quid sit amor. Ismarus, aut Rhodope, aut Garamantes ultimi, producant in rigidis rupibus illum puerum, qui non est nostræ naturæ & originis. Incipe mecum, o mea fistula, pastorales cantus. Durus amor suavitati matri sedare manus curare liberorum. Tu etiam invidetis mihi, o mater.

N O T Æ.

30. Hesperus Oetam.) Oeta, Thessaliæ mons, in sinum Mallicum desinens, altissimus: ita ut Attici & Bœotici, qui hunc habebant ad Oetam, ex ostellâ cadere dicerent quem- admodum ex Ida, Phrygiæ monte item altissimo, quem habebant ad Orientem, oriri eadem fabulabatur. Qui loquendi mos ad aliarum etiam regionum poetas transit, est aliis politus. Noctem igitur jam procedere significat. De Hespero, Ecl. 6. 86.

34. Hirsutumque, &c.) Hoc addidit, vel ut robur commender suum, cuius iudicium est pilorum densitas: Ita Polyphemus apud Theocritum Idyl. 3. & apud Ovid. M. 13. Vel potius ut suum exagere de amissâ Nisa dolorem, quo factum est ut capillitium incertum submisserit.

38. Cum matre.) Vel sua, vel mea. Melius sua. Tamen apud Theocritum est mea. Idyl. 11. 26. Hæc est vox pueri. Venisti mea cum matre. Discrimen est quod apud Theocritum puer matrem ducat in montes: apud Virgilium vero in hortum, & domesticas sepes; quem in locum duce puero egebat sua mater.

39. Alter ab undecimo.) An duodecimus est, an decimus tertius? Certe alter de duobus tantum dicitur. Unde concludit Servius hic annu-

decimum tertium signari: ut, inquit, unus ab undecimo, sit duodecimus; alter decimus tertius. Ego annum intelligi duodecimum pudentem, ex ostellâ cadere dicerent quem- admodum ex Ida, Phrygiæ monte item altissimo, quem habebant ad Orientem, oriri eadem fabulabatur. Qui loquendi mos ad aliarum etiam regionum poetas transit, est aliis politus. Noctem igitur jam procedere significat. De Hespero, Ecl. 6. 86.

41. Ut vidi, ut perii, &c.) Omnino Theocritum, Idyl. 3. 42. ut vidi, ut perii, ut in profandum saltavit anorem!

44. Ismarus, aut Rhodope.) Ecl. 6. 30. Garamantes.) Interioris Libyæ populi, fine legibus & matrimonii. Regio nunc dicitur Guangara.

47. Matrem.) Medeam, & Bæte Colchorum regis filiam: que cum Jasoni Argonautarum duci artem dedit expugnandi aurei velleis, & cum eo & patris regni suscipisset, repudiata deinde ab eodem, ab amore Creusæ Corinthiorum regis filie; Creusam cum Creonte patre magicis ignibus absumpsit; filios ipsa suos, ex jamone luteo, in oculis patris jugulavit: tunc se alacris serpentes

- Crudelis mater magis, an puer improbus ille?
50 Improbus ille puer, crudelis tu quoque, mater.
Incipe Mænalios mecum, mea tibia, versus.
Nunc & oves ultro fugiat lupus, aurea dura:
Mala ferant quercus, narcisso floreat alnus,
Pinguis corticibus sudent electra myrica:
55 Cerent & cyenis ululæ: sit Tityrus Orpheus:
Orpheus in silvis, inter delphinas Arion.
Incipe Mænalios mecum, mea tibia, versus.
Omnia vel medium fiant mare: vivite silva.
Præcepit aerii specula de montis in undas
60 Deserat: extremum hoc munus morientis habeto.
Desine Mænalios, jam desine, tibia, versus.
Hæc Damon: vos, quæ responderit Alphesibœus,
Dicite, Pierides: non omnia possumus omnes.
4. Effert aquam, & molli cinge hæc altaria victa:
65 Verbenæque adole pingues, & mascula thura;
Conjugis ut magicis fanos avertere facris
Experiat sensus: nihil hic nisi carmina desunt.

Du-

Magisne immisit mater fuit, an puer ille improbus? Improbus fuit ille puer: sed tu etiam immisit fuit, o mater. Incipe mecum, o mea fistula, pastorales cantus. Nunc & lupus sponte fugiat oves, rigide quercus producant poma aurea, alnus floreat narcisso, myrica sudent cortice pingue succinum. Ululæ quoque contendant cum cyenis. Tityrus sit Orpheus: Orpheus inter arbores; Arion inter delphinæ. Incipe mecum, o mea fistula, pastorales cantus. Omnia fiant ab eodem mare, valeat nemora, præcipitabo me in mare & culmine rupis excelsum: accipe datum ipsum mare, valeat nemora, præcipitabo me in mare & culmine rupis excelsum. Hæc dixit Damon: vos, o Muses, narrate ea, quæ recitavit Alphesibœus: nos possumus omnes omnia facere. A. Exporta aquam, & circumda hæc aras tenuia lenæ, & adire verbenas pingues, & mascula thura: ut coher magicis ritibus abaltemare sponsum a vestra mente. Nihil hic desit præterquam carmina.

N O T Æ.

tibus alium in locum devesa est.

54. Electra myrica.) Electrum, Ital. Ambræ, sic Græcis dictum, quia refert fulgorem Solis, qui vocatur ἄστρ. Latinis succinum, quia succus est arborum quarundam & pineo genere, ex quibus quali gummi distillat in Oceanum, ibique induratum desecrat ad litus, aut a piteatoribus extrahitur, maxime in insulis Septentrionalibus. Vide Ecl. 6. 62. De myrica Ecl. 4. 2. De Narcisso, Ecl. 1. 48.

55. Cyenis ululæ, &c.) Cyeni non nisi apud Poetas canori: re autem ipsa & vivi & morientes fere muti, aut striduli. Quo magis mirum videtur, unde tanta apud Græcos in herba, cum sua terra, & puro sacroque Latinoque de Cyeni cantus delictis con-

ferret ad plebium alarum. Zephyris inter pennarum calamos sibilantibus. Ululæ, nocturna avis, ab ululatu sic dicta, Ital. Allocato. Tityrus.) Hic pro insulso pastore sumitur Orpheus.) Ecl. 3. 46.

16. Arion.) Ex insula Lesbo, urbe Methymna, citharædus & lyricus Poeta nobilis: qui cum ex Italia, ubi multas opes arte sua collegerat, Corinthum rediret ad Periarum regem, cui percarus erat; ab avariis nautis modulans in mare projectus est;

sed a Delphino, quem dulcedine cantus illlexerat, exceptus, Tamarum, quod oppidum est Laconia, vestus ab eodem est. Delphini autem diuicunt & mulica & amore hominum capi.

58. Vivite silva.) Græcis ἄγρια, gaudete. Eriam in eos, quos cum odio abscimus, & abire jubemus. Catul. 11. 17. Cum suis vocat, valeatque maribus: id est, abeat.

64. Effert aquam.) Saga præcipit hæc omnia Amatyllidæ insule.

65. Verbenæque.) Proprie verbenæ certe quædam herbe species est, Verbenæ erba. Vulgo tamen fumebatur apud Romanos pro omni herba, cum sua terra, & puro sacroque loco evulsa: quali herbenæ, inquit Donatus, Talibus verbenis aras festis diebus coronabant: tales legati ferebant ex arce Capitolina erutas, & ostentabant hostibus, cum ad eos ibant res captas repetitum; & legatorum unus ideo verbenarius vocabatur. Hæc prout magi putabant id imperari quod volebant, abigi febres, amicitias conciliare. Plin. l. 22. 2. &c. Mascula thura.) Mascula, non sexu, nullum enim est femininum; sed bonitate.

67. Nihil hic nisi carmina, &c.) Omnis ma-

- Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
 Carmina vel celo possunt deducere Lunam:
 70 Carminibus Circe focios mutavit Ulyssē:
 Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.
 Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
 Terna tibi hæc primum triplici diversa colore
 Licia circumdo, terque hæc altaria circum.
 75 Effigiem daco: Numero Deus impate gaudet.
 Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
 Necte tribus nodis ternos, Amarylli, colores:
 Necte, Amarylli, modo, & Veneris, dic, vincula necto.
 Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
 80 Limus ut hic durefcit, & hæc ut cera liquefcit
 Uno eodemque igni: sic nostro Daphnis amore.
 Sparge molam, & fragiles incende bitumine lauros.
 Daphnis me malus urit, ego hæc in Daphnide laurum.

Duci-

Trabite, trabite Daphnim ab urbe in meam domum, o mea carmina. Carmina possunt Lunam ipsam evocare e celo. Circe transformavit per carmina focios Ulyssē, & Serpens gelidus in pratis obrogavit, dum incantatur. Trabite, trabite Daphnim ab urbe in meam domum, o mea carmina. Primo circumago tibi hæc terna licia, triplici colore variata; & Circe hæc aras ter ferotium simulacrum. Numerus impar placet Deo. Trabite, trabite Daphnim ab urbe in meam domum, o mea carmina. O Amarylli, implica tres colores in tres nodos, implica jam, o Amarylli, & dic, implico nodos Veneris. Trabite, trabite Daphnim ab urbe in meam domum, o mea carmina. Quomodo hoc simulacrum e limo factum induratur, & hoc alterum e cera factum emollitur, una & eadem flamma: sic Daphnis nostro amore induratur, & emollitur. Disperge fruges jalsas, & combure bitumine creptianam laurum. Daphnis crudelis me comburit, ego hæc laurum comburo contra Daphnim.

Tr-

NOTÆ.

materia incantationis jam parata est: nihil ultra requirit præter carmina, id est, solemnem ac rituale verborum formulam. Deinde seipsum horatur exemplo Circes, de qua, deque focios Ulyssis in fues transformatis, Æn. 3. 386. & Æn. 7. 19.
 69. *Deducere Lunam.* Antiqui putavere Lunam esse magorum incantationibus subditam: ita ut, quoties iis luberet, rubeferet illa in modum sanguinis: & e celo deduceretur vel invita, ut in herbas depumaret. Atque inde putabant eam deliquitum pati, rumque ipi tinnitu cymbalorum succurrebant.

70. *Ulyssē.* Pro Ulyssē. Sic Horat. Od. 1. 1. 6. 7. *Nec cursum dubitans per mare Ulyssē.* Et Æn. 1. 34. *Reliquias Danaum atque immisistis Achillem.* Latini enim Græca, in ser. ut Ovidius. *Alyssē, Olyssē,* aliquando ad secundam declinationem reduxerunt: *Ulyssēs, ei; Achillem, ei;* aliquando ad tertiam, ut, *Ulyssēs, is; Achillem, is.*

71. *Cantando rumpitur anguis.* Id est, dum incantatur. Sic G. 2. 250. *Sed pectus in mare ad digitos lentescit habendo:* id est, dum habetur, tractaturque digitis. Unde pater gerundia

eiusmodi passivam sæpe habere significationē. 74. *Licia.* Sunt limbi, qui telam hinc inde cingunt, & in quibus capita filamentum conduntur.

73. *Terna triplici colore.* Novem: tria alba, tria rosea, tria nigra: ex hoc versu, in Curt. 371. *Terque novem ligat triplici diversa colore Fila, &c.* Quæ novem licia tribus deinde ligantur nodis: *Necte tribus nodis ternos, Amarylli, colores.* Et Veneris, dic, vincula necto: quibus verbis incantationis formula continetur.

75. *Número Deus impate gaudet.* Numeris rerum omnium naturam constare affirmabant Pythagorici: in imparibus in primis vim esse vulgus putabat. Unde præcipitur in Geoponicis, l. 18. ut numerus gregis semper impar sit: in re bellica apud Vegetium, l. 3. 8. ut istæ guttus castra munitur septem ac decem ad summum; semper numero impari. Hoc autem loco, per numero imparē, ternarius significatur, princeps omnium: tum quia, ex Aristotele & Platone, continet in se principium, medium, & finem: tum quia potestati Deorum, tam

- Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
 85 Talis amor Daphnim, qualis, cum fessa juvenum
 Per nemora atque altos quærendo bucula lucos
 Propter aquæ rivum viridi procumbit in ulva
 Perdita, nec serz meminit decedere nocti:
 Talis amor teneat; nec sit mihi cura mederi.
 90 Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
 Has olim exuvias mihi perdidit ille reliquit,
 Pignora cara sui: quæ nunc ego limine in ipso,
 Terra, tibi mædo: debent hæc pignora Daphnim.
 Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
 95 Has herbas, atque hæc Ponto mihi læta venena
 Ipse dedit Mæris: nascuntur plurima Ponto.
 His ego sæpe lupum fieri, & se condere filvis
 Mærin, sæpe animas imis excire sepulcris,
 Atque fatas alio vidi traducere mæstes.
 100 Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.

Fer

Trabite, trabite Daphnim ab urbe in meam domum, o mea carmina. Talis amor occupet Daphnim, qualis est, cum juvenca fatigata sequendo juvenum per silvas, & altos saltus, recumbit misera juxta rivum aquæ, in ulva viridi, & omitti alivæ sub seram noctem: Talis amor occupet Daphnim, & ego non curem illum sanare. Trabite, trabite Daphnim ab urbe in meam domum, o mea carmina. Perjurus ille reliquit mihi quondam hæc vestes, dilectâ monimenta sui: quæ nunc ego sub ipso limine committo tibi, o terra: hæc exuvie debent reducere Daphnim ad me. Trabite, trabite Daphnim ab urbe in meam domum, o mea carmina. Mæris ipse mihi tradidit hæc gramina: & hæc venena, collecta in Ponto: multa enim oriuntur in Ponto. Ego vidi Mærin sæpe transformari per illa in lupum, & adtere se in silvis: sæpe evocare animas & profundis tumulis, & transferre mæstes fatas in altum locum. Trabite, trabite Daphnim ab urbe in meam domum, o mea carmina.

Am-

NOTÆ.

tam superorum, quam inferorum, significandæ adhibetur. Jovis enim triduum est centrâ Idyl. 2. 23. *Adæpis, id est, Delphi me torquet,* fulmen, Neptuni scæptum tridens, Plutonis canis triceps, Parææ tres, Furz tres, ego hæc laurum contra Delphidæ comburo. Sic Apollo idem, Sol, & Liber dicitur; tria virginis ora Diane, quæ Diana est in terris, *Adæpis,* vertuntur hæc *Adæpis* contra Delphidæ, Luna in celo, Hecate in inferis, eademque colitur in trivitiis. *Deus.* Vel quilibet Deus: vel Hecate, quæ magis rebus præcæ.

Deus enim genere feminino dici posse quidam voluit; & sic Lucæum de turis dixisse lib. 2. 80. *Terribilemque Deos scelerum.*
 81. *Sic nostro, &c.* Sic uno eodemque amore nostro, liquefcit, & mollior fiat mihi, cæteris durefcit.

82. *Sparge molam.* Mola placenta quædam species, quæ fiebat ex farre horvo, & fale horvo, id est, illius anni. Ex farre, inquam, salto, tosto, & molito: unde mola appellabatur; & victima dicebantur immolari, quia & frons victimarum, & foci, & cultri hæc mola inpergebantur. Itaque mola conspergitur effigies Daphnidis, ut victima hujus magici sacrificii.

Incende bitumine. Bitumen, limus aut terra, cupus natura vicina est sulphuri.

83. *In Daphnide.* Ex Theocriti Pharmaceutria Idyl. 2. 23. *Adæpis, id est, Delphi me torquet,* hæc *Adæpis* contra Delphidæ comburo. Sic enim veteres Theocriti interpretes Græci *Adæpis,* vertuntur hæc *Adæpis* contra Delphidæ, Luna in celo, Hecate in inferis, eademque colitur in trivitiis. *Deus.* Vel quilibet Deus: vel Hecate, quæ magis rebus præcæ.

84. *Ulyssē.* Herba palustris: Ital. *Sala,* quæ cum arida est, vestiuntur vitæcarina quadam.

95. *Pignora cara sui, debent, &c.* Expetuntur in sacris magicis ea præcipue, quæ sunt ejus, ad verius quem sacra fiunt: ut capilli, vestes. *Pignora sui, quæ debent Daphnim:* id est, quæ tenentur ipsum Daphnim adducere ad limen, & in ipso limine sistere: quare ipso in limine desceduntur.
 96. *Ponto.* Pontus Afæ minoris regio; Euxino mari fiva Ponto, a Septentrione terminata; ab Oriente, Colchide: itæx venenorum utraque regio fuit. In Ponto regnavit Mithridates, qui venenis pascebatur; in Colchide nata est Medea, celebris venefica.

Fer cineres, Amarylli, foras; rivoque fluenti,
Transque caput jace: ne respexeris. His ego Daphnim]
Aggrediar: nihil ille Deos, nil carmina curat.
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
107 Aspice: corripuit tremulis altaria flammis
Sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse: bonum sit!
Nescio quid certe est: & Hylax in limine latrat.
Credimus? an, qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?
Pareite, ab urbe venit, jam parcite, carmina, Daphnis.

Amarylli, exporta cineres extra domum, & jacta eos post caput in rivum fluentem, neque retro aspicias. Ego per hos cineres oppugnabo Daphnim; siquidem non movetur, neque per Deos, neque per carmina. Trahite, trahite Daphnim ab urbe in meam domum, o mea carmina. Vide dum exportare differo, cinis ipse ultro involvit aram flamma tremula: sit hoc factum! Certe nescio quid appareat, & Hylax latrat in limine. Credamne illud? An amantes fingunt sibi somnia? Cessate, jam cessate, o mea carmina. Daphnis ab urbe venit.

N O T Æ.

107. Rivoque fluenti.) In rivum fluentem. 108. Hylax.) Canis nomen, ut Hylaxior Sic Æn. 5. 451. It clamor caelo, pro ad caelum. apud Ovid. M. 3. 224. ab *hyla* & *hyla* la-
106. Bonum sit.) Cineres ignem concipiunt. 110. Latratas autem canis in limine notat
Latrum omnem; quod Terentia Ciceronis uxori adesse Daphnim.
sacrificantiis cum accidisset, quasi signum au-
108. An qui amant.) Vocalis i, nec pati-
spicatifimum opprimendi Catilinae habitum
tural hic lyncalopham; nec servat propriam
quæritatem longam; sed hiat, & brevis fit.

E C L O G A IX.

* M O E R I S.

A R G U M E N T U M.

CUM in agrorum divisione Virgilium indemnem amici sui præsistissent, ut in Ecl. 1. di-
ctum est; is ab Ario Centurione, vel a Miliæno Torone primipilari, vel a Claudio
veterano (variant enim in eo nomine interpretes) ab eo cetero militum, cui prædium
illud obvenerat, male habitus & ferre occisus: ut vitæ consuleret, Mincium natam
trajecit. Romam deinde profectus, ut vim auctoritate Octavianæ reprimeret; interim
reliquit domi villicum suum Mœrim, moritque ut novum agri dominum essetis, qui-
bus posset, leniret omnibus. Hic itaque Mœris, huic domino munuscula Mantum de-
ferens ex itinere in Lycidam familiarem incidit; quocum de Menalce, id est, Virgi-
lii fortuna colloquitur; simulque variis cantilenis lædium itineris levant.

Existimo jusse oblatum Varo hoc opusculum, quasi libelli supplicis loco; ut beneficium,
ejus & Pollionis, Mæcenatisque gratia, jam acceptum, tueri porro sibi apud Ota-
vianum vellet. Est enim hic, I. Beneficii mentio. II. Vis illata declaratio. III. In-
vocatio Vari, & amplioris ejus in laudem operis promissio. IV. Julii Caesaris conse-
cratio quedam, ad adulandum comparata. Tum cetera, quæ congerit, carminum
fragmenta notant opus, ut res ferebat, prope ratum ac subitivum; est variis concin-
natum versibus, quos primo impetu effuderat Poeta; aut ex occasione prius incubatos,
nondum suo quoque filo ac tenere ad exitum duxerat. Anno igitur eodem, quo pri-
ma Ecloga sane haud multo deinde, scripta est.

N O T Æ.

* MOERIS.) A *mœris* satum, fors, pars; quia agrorum partem forte amiserat.

* L Y.

* L Y C I D A S, M O E R I S.

LYC. Q Uo te, Mœri, pedes? an, quo via ducit, in urbem?
M. O Lycida, vivi pervenimus, advena nostri
(Quod nunquam veritū sumus) ut possessor agelli
Diceret: Hæc mea sunt; veteres migrate coloni.
Nunc victi, tristes, quoniam fors omnia verfat,
Hos illi (quod nec bene verat) mittimus hædos.
L. Certe equidem audieram, qua fe subducere colles
Incipiunt, mollique jugum demittere clivo,
Uque ad aquam & veteris jam fracta cacumina fagi,
10 Omnia carminibus vestrum servasse Menalcan.
M. Audieras, & fama fuit: sed carmina tantum
Nostra valent, Lycida, tela inter Martia, quantum
Chæonias dicunt, aquila veniente, columbas.
Quod nisi me quacunque novas incidere lites
15 Ante sinistra cava monuisset ab illice cornix;
Nec tuus hic Mœris, nec viveret ipse Menalcan.

I N T E R P R E T A T I O.

LYC. O Mœri, quo te ducunt pedes? an Mantum, ad quam via ducit? M. O Lycida,
viventes eo miserie devenimus, ut peregrinus occupator agri nostri diceret, id quod nunquam
immoveramus: Hic ager ad me pertinet, recedite, o antiqui cultores. Nunc superati, moesti, si-
quidem fortuna veritū omnia, serinus illi bos hædos, quod utinam non profuit illi. L. Ego sa-
ne audieram Menalcan vestrum dominum versibus suis sibi concessisse cuncta ab eo loco,
ubi colles incipiunt recedere, & incurvare cacumen facili clivo, usque ad aquam, & ad cacu-
men ruptum antique fagi. M. Id audieras, & rumor sic tulit: sed versibus nostri non plus
possunt inter arma belli, o Lycida, quam dicunt posse columbas Epiroticas, aquila imminente.
Quod nisi funesta cornix e cariosa illice me admonuisset, ut quocunque modo abrumperem novas
lites; nec ego ipse tuus amicus Mœris, nec ipse Menalcan vitrus esset.

L. Heu,

N O T Æ.

* LYCIDAS.) A *lyca*, lupus: et *lyca* dicitur
luporum catuli.

1. Vivi pervenimus.) Exaggerat vox ista
calamitatis indignitatem. Ut apud Cicero-
nem pro Quintio, cap. 15. Hinc *accidit* sumum
vivo *indivulsum* *hinc* *indivulsum*.
7. Qua fe subducere, &c.) Descriptio agri
Virgiliani, cuius erant hi termini: hinc cli-
vus, inde fagus & aqua, vel paludis vel
Mincii fluminis. Clivus est inclinatum mon-
tis latus.

12. Martia.) Bellica; quia Mars belli præ-
ses, dicitur etiam Mavors, quia magna virtus.
Quidni a *maris*, *intingo*, *obscurum*: quod poe-
tice dicitur pro *maris* Junonis & Jovis,
aut solius Junonis absque patre filius; ut
Minerva solius Jovis absque matre filia. Hunc
dicitur Juno concepisisse ractu cujusdam floris,
quem ipsi cum in usum Flora monstraverat.

13. Chæonias columbas.) Speciem ponit pro
generis; quia in Dodonæa Epiri silva, oracula
reddidisse dicuntur quercus, & eis indidentes
columbe dux; quarum altera Delphos in
templum Apollinis, altera in Jovis Amo-
nis templum evolverit; ubi famosa deinceps
fuerunt oracula. Epirus autem Chæonia sæpe

dicitur: quod Chæonæ, gens Epirotica, olim
toti regioni imperaverit, ut ait Strabon. 7.
15. Ante sinistra, &c.) Præter illa, quæ de
de hac voce dicta sunt Ecl. 1. 16. 18. qua-
rentium *destram* ac *sinistram* in auspiciis per-
terent. Utrique sane diverso modo locuti,
idem sentire: hoc est orientalia auspicia,
quia lucis & motus principium ab ea parte
est, viti viti utriusque meliora: que tamen
eadem, Græci *dextera*, Romani *sinistra* voca-
verunt. De Græcis patet ex Homero Iliad.
12. 239. ubi Hector ait, se aves augurales
minime curare: *sive ad dextram vadant ver-
sus auroram & solem, sive ad sinistram versus
occasum obscurum, et: et dextera non plus
videtur, et: et dextera non plus videtur*.
De Romanis constat ex Varrone Ep. Quæst.
1. 5. A Deorum sede cum in meridiem spectes,
ad sinistram sunt partes mundi exorientes, ad
dextram occidentes: *sistam arbitror, ut sinis-
tra meliora auspicia, quam dextra, esse existi-
memur*. Refert hunc locum Festus Pompe-
tium Apollinis, altera in Jovis Amo-
nis templum evolverit; ubi famosa deinceps
fuerunt oracula. Epirus autem Chæonia sæpe
H
ortus

P. VIRGILII MARONIS

L. Heu, cadit in quemquam tantum scelus! heu, tua nobis Pene simul tecum solatia raptâ, Menalca! Quis caneret Nymphas? quis humum florentibus herbis Spargeret? aut viridi fontes induceret umbra? Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper, Cum te ad delicias ferres Amaryllida nostras? Tityre, dum redeo, brevis est via, pasce capellas: Et potum pastas age, Tityre, & inter agendum Occursare capro, cornu ferit ille, caveto. M. Immo hæc, quæ Varo, necdum perfecta, canebat. Vare, tuum nomen (superet modo Mantua nobis, Mantua, vè miseræ nimium vicina Cremonæ!) Cantantes sublime ferent ad sidera cygni. L. Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos, Sic cytho pastæ distentent ubera taxos, Incipe, si quid habes: & me fecere poetam Pierides: sunt & mihi carmina: me quoque dicunt Vatem pastores, sed non ego credulus illis.

Nam

L. Heu, tantumne crimen venit cuiquam in mentem! heu, tuorum versuum solamen ferre nobis ablatum est tecum, o Menalca! Quis celebraret Nymphas? quis tegeret terram herbis floridâ? aut inuibraret fontes virentibus ramis? Aut quis caneret versus, quos tibi nuper suscipisti: quando ibas ad Amaryllida, nostram amicam. Tityre, dum redeo, brevis est iter, pasce capellas: & postquam eas paveris, duc potum, o Tityre. & dum ducis, caros ne occurrat capro: ille enim cornu perit. M. Aut potius quis caneret hoc versus, quos Menalca cantabat Varo, nondum perceptos. O Vare, oves canori alte efferent ad ætera nomen tuum: dummodo Mantua salua sit nobis: Mantua, vè miseræ nimis propinqua Cremonæ! L. Sic tuæ apes edent taxos Corsicæ insulæ, sic tuæ vaccae saturatæ cytho distendant ubera. Incipe si habes aliquid: Mæse me quoque reddiderunt poetam: habeo etiam versus: pastores appellant me etiam vatem, sed ego non adhibeo fidem illis.

N O T Æ.

ortus est. Ratio varæ appellationis fuit: me fertur: id est, sublimer, in sublime. Cygni.) Poetæ. Sic Horat. Od. l. 4. 2. 25. Romani ad Meridiam se converterent: ut pater ex antedictis: quod cur ira fecerint, non est hujus loci disquirere. 21. Sublegi.) Sublegere, est sussurari: unde, inquit Servius, sacrilegus dicitur, qui sacra legit, id est, sussuratur. 23. Tityre, &c.) Renarrat primum fragmentum carminum, quæ sublegerat. Tityrus hic est Capriarius aliquis & Virgillii familiaris. De Varo, Ecl. 6. 7. 27. Vare, suum, &c.) Secundum fragmentum, de laudibus Vari. 28. Mantua Cremonæ, &c.) Gallia Cisalpinæ urbes vicinæ. Mantua ad Mincium fluvium, Mæno: nunc ducatus caput: Cremona ad Padum, il Po sume noio: nunc ducatu Mediolanensi comprehensa. Hæc Antonii partes cum adversus Octavianum tenuisset, ejus ager veteranus Octavianum militibus additus est; & cum non sufficeret, addita pars agri Mantuani. 29. Sublime ferent.) Vel ad nomen referri potest, vel adverbii loco sumitur. Ita G. l. 320. Sigeetam ab radicibus imò Sublime expulsum evenerunt. Et Cicero de Nat. 2. 101. Aer subli-

BUCOLICA. ECL. IX.

33 Nam neque adhuc Varo videor nec dicere Cinna Digna, sed argutos inter strepere anser olores. M. Id quidem ago, & tacitus, Lycida, mecum ipse voluto, Si valeam meminisse: neque est ignobile carmen. Huc ades, o Galatea: quis est nam ludus in undis? 40 Hic ver purpureum: varios hic flomina circum Fundit humos flores: hic candida populus antro Imminet, & lentæ texunt umbracula vites. Huc ades: infani feriant sine litora fludus. L. Quid, quæ te pura solum sub roste canentem 45 Audieram? numeros memini, si verba tenerem. M. Daphni, quid antiquos signorum suspicis ortus? Ecce Dionæ processit Cæsaris astrum: Astrum, quo segetes gauderent frogibus, & quo Duceret apricis in collibus uva colorem. 50 Inlere, Daphni, puros, carpent tua poma nepotes. Omnia fert ætas, animum quoque. Sape ego longos

Can-

non dum enim videor ea proferre, quæ sint Varo aut Cinna digna: sed videor stridete inter cygnos canoros, velut anser. M. Equidem id facio, & tacite revolvo ipse mecum, o Lycida, an possim recordari: neque est carmen abjectum. Huc veni, o Galatea: quæ enim est voluptas in aquis? Hic est ver rubicundum; hic terra producta abstersos flores circa fluctos; hic alla populus incumbit cavernæ, & vites flexuosæ efficiunt umbra. Veni huc, ne tures quod procellosi fluctus perculant litore. L. Quid verè? quænam audieram te cantantem solum per noctem serenam? recordor cantum, si scirem verba. M. Daphni, quid miraris veteres ortus siderum? En proditi sidus Cæsaris oriundi a Venere: sidus, per quod flata abundant frumento, & per quod racemus in montibus apertis induet colorem. Daphni, planta puros, posteri colligent tua pira. Anni auferunt cuncta, memoriam quoque. Ego recordor me saepe

tra-

N O T Æ.

Hebrius Cinna, qui Smyrnam scripsit annis novem, de incesto Myrrhæ in patrem Cinyram Cypriorum regem amore: laudatus a Catullo 94. & ab Ovidio Trist. 2. l. 435. At is jam inde a tempore Cæsareæ cædis, errore nominis, pro Cornelio Cinna prætorè & Cæsaris hoste, a plebe occisus fuerat, ut est apud Sueton. II. Quia ex Varis, qui florebat illa ætate, de quibus Ecl. 6. 7. nullus in poetâ nomen habuisse dicitur. III. Quia licet celeberrimum fuerit poeta Varius, de quo sæpe Horatius, imprimitur Od. l. 5. 6. 1. Striberis Varius fortis, & hostium victor, Mæonii carminis alte; tamen male Servius hic legit Varo pro Varo: Nam neque adhuc Varo videor, &c. Male, inquam, liquidem dixit paulo ante Virgilius, Vare, suum nomen. &c. Itaque secundam opinionem secutus, P. Quintilius Varum intellego, de quo Ecl. 6. 7. Et Cornelium Cinnam Magnam, Pompeii Magni ex filia nepotem, qui primo hostis Octavianus, deinde ab eodem susceptus in castris Bruti & Cassii, ut notat Lilius in caput 9. l. 1. Senecæ de Clementia, magna deinceps apud eum floruit gratia: autis tamen in benefactorem suum conjurare, novo beneficio ventum ab eodem accepit, & consulatum, an. U. G. 718. 36. Anser. Volunt hic allusum ad Anserem, hujus ætatis poetam, M. Antonii laudatorem, cui Smyrnam scriptis annis novem, de incesto Myrrhæ in patrem Cinyram Cypriorum regem amore: laudatus a Catullo 94. & ab Ovidio Trist. 2. l. 435. At is jam inde a tempore Cæsareæ cædis, errore nominis, pro Cornelio Cinna prætorè & Cæsaris hoste, a plebe occisus fuerat, ut est apud Sueton. II. Quia ex Varis, qui florebat illa ætate, de quibus Ecl. 6. 7. nullus in poetâ nomen habuisse dicitur. III. Quia licet celeberrimum fuerit poeta Varius, de quo sæpe Horatius, imprimitur Od. l. 5. 6. 1. Striberis Varius fortis, & hostium victor, Mæonii carminis alte; tamen male Servius hic legit Varo pro Varo: Nam neque adhuc Varo videor, &c. Male, inquam, liquidem dixit paulo ante Virgilius, Vare, suum nomen. &c. Itaque secundam opinionem secutus, P. Quintilius Varum intellego, de quo Ecl. 6. 7. Et Cornelium Cinnam Magnam, Pompeii Magni ex filia nepotem, qui primo hostis Octavianus, deinde ab eodem susceptus in castris Bruti & Cassii, ut notat Lilius in caput 9. l. 1. Senecæ de Clementia, magna deinceps apud eum floruit gratia: autis tamen in benefactorem suum conjurare, novo beneficio ventum ab eodem accepit, & consulatum, an. U. G. 718. 36. Anser. Volunt hic allusum ad Anserem, hujus ætatis poetam, M. Antonii laudatorem,

H 2

Cantando puerum memini me condere soles.
 Nunc obliu mihi tot carmina: vox quoque Mærim
 Jam fugit ipsa: lupi Mærim videre priores.
 55 Sed tamen ista satis referet tibi sæpe Menalcas.
 I. Cauſando noſtros in longum ducis amores:
 Et nunc omne tibi ſtratam ſilet æquor, & omnes
 (Aſpice) ventofi ceciderunt murmuris auræ.
 Hinc adeo media eſt nobis via: namque ſepulcrum
 60 Incipit apparere Bianoris: hic, ubi denſas
 Agricolaſe ſtringunt frondes, hic, Mæri, canamus:
 Hic hædos deponere, tamen veniemus in urbem:
 Aut ſi, nox pluuiam ne colligat ante, veremur,
 Cantantes licet uſque (minus via lædet) eamus.
 65 Cantantes ut eamus, ego hoc te faceſce levabo.
 M. Define plura, puer: & quod nunc inſtat, agamus:
 Carmina tum melius, cum venerit ipſe, canemus.

traduſſo canendo totos dies, cum eſſem puer. Nunc tot verſus exciderunt mihi: iſta etiam
 vox me deſinit: lupi me priores aſpexerunt. At tamen Menalcas ſat ſæpe recitabit iſta ſibi. I.
 Diſſeri diu meam voluptatem, querendo varias cauſas. Aſpice, jam tota aqua quæta tibi ta-
 cet, & omnes ſibi ventorum ſuſceptum ceſſauerunt. Præterea ex hoc loco ſuſcepſi nihil tan-
 tum media pars via: non tumultus Bianoris incipit apparere: hoc loco, in quo agricole colligunt
 ſpiſſa folia, hoc loco canamus, o Mæri: hoc loco demitte hædos, nihilominus perventurus
 in urbem: aut ſi timemus ne nox adducat imbrem, ante quam ad eam pervenerimus, pro-
 grediamur, quomodo interim ſemper canentes: iter minus nos fatigabit. Ut progrediamur ca-
 nendo, ego te levabo hoc onere. M. Puer, omiſſe cætera, & faciamus quod jam urget: tum
 cantalimus comœdus verſus, cum Mæricas advenerit.

N O T Æ.

rem, ut ferat arbores; futurum quippe, ut
 fidere illo favente creſcant feliciter, & po-
 ſteriorum comœdis ſerviant. Inferere hic
 non inſitionem ſignificat, qua ſurculus pe-
 regrinus arbori alterius naturæ immittitur;
 ſed ſimpliciter plantationem arborum; quo-
 modo Columella dixit, hortos inferere. Tum
 quaſi deſiciente memoria, ſilet Mæris.

52. Memini me condere.) Pro condidiſſe. Sic
 Cicero ad Att. B. 11. Memini tibi ſilvum aſſer-
 ri a Demetrio, id eſt, allatum fuiſſe. Conde-
 re, eſt finire, ad ceſſum ducere, & quaſi
 ſepelire. Quemadmodum dicitur Æn. 1. 378.
 Ante diem clauſo componet Veſper Olympo; quaſi
 ad ſepulcrum componet.

53. Nunc obliu mihi.) Duo notanda. I.
 Obliu paſſiva ſignificatione. II. Mihi, pro,
 a me. Sic Æn. 1. 330. Nulla tuarum auſidia
 mihi neque viſa ſororum.

54. Lupi Mærim videre priores.) Dicuntur
 lupi, ſed falſo, vocem ei adimere, quem
 priores conſpexerint; perdere vero ipſi con-
 ſpecti prius; ex Plinio. Hinc, Lupus in ſa-
 bula, proverbium eſt; quoties colloquendi
 lupi ſupervenit aliquis, de quo fermo erat;
 iſ enim tum ſua præſentia ſermonem am-
 putat loquentibus.

56. Cauſando.) Cauſas & excuſationes
 prætexendo; nempe caducam memoriam,
 raucedinem, & alia, quæ attulerat Mæ-
 ris, ne verſus cantare cogeretur. Hunc igitur
 Lycidas variis invitamentis adcantan-
 dum pellicit; ſilent ventis, medium iter con-
 ſecimus, &c.

57. Silet æquor.) Non mare, ſed aqua
 Mæris fluvii, qui Mantuum & vicinas re-
 giones alluit; Menæo. Equor enim dicitur
 de qualibet plantitie, ſive aquarum, ſive
 camporum. Et vero mare longe in remo-
 tum eſt, Æn. 2. 780.

60. Bianoris.) Oenus idem qui & Tuſco-
 rum rex, Tiberis fluvii & Mantui fatidi-
 cæ Nymphæ filius, Mantuum de matris
 nomine condidit. Huius ſepulcrum in via,
 veterum more: qui ideo ſepulcrorum elo-
 gia ad viatores dirigit.) *Stia viator, Al-
 viator.*

61. Stringunt frondes.) Stringuntur ea,
 vel qua ſtriſta manu decerpuntur, ut G. 1.
 305. Quernas glandes tum ſtringere tempus, Et
 lupus baccas, olcamque, cruentaque myrta. Vel
 quæ colliguntur in ſaſticulum, ut hic, &
 G. 1. 347. Fregit jam ſtringeret bordea culmo.

E C L O G A X.

* G A L L U S.

ARGUMENTUM.

AMABAT Gallus Lycoridem: ſpredit hæc illum, ut altam ſibi chariorem ſequeretur in
 Rhetiam, aliæque regiones Italiae, ſive Gallia togata, quas Rhenus alluit, & Al-
 pes inſolent. Gallus abire ſingitur, quaſi in exilium, repulſe impatientia: locus exilii
 ſtatuitur Arcadia, paſſeribus nota ſedes, poſitque Buechis, quaſi ipſe Gallus ſit.
 Huc amici, huc Dii ſilveſtres, ad ſtandum ejus delorem conveniunt. Ille multa de
 remediis amaris, æque ſua ſorte diu fruſtra meditaturo, ut amantium ingenium eſt,
 iterum ad amorem redit. Multa hic ex Idyll. Theocriti primo.

Volunt omnes hæc Lycoridem eandem eſſe cum Cytheride mima, quæ Volumnii Eurape-
 li, Senatoris nobiliſſimi, liberta primum, ac deinde M. Antonio ſe chara fuit, ut iſ
 illam in Italia perluſtratione per civitates & municipia ſecum aperta ſedica circumfer-
 ret, trahentibus leonibus, ut Plinius notat l. 8. 16. Id ſane ſi ita eſt, multis eam
 neceſſe eſt nominibus inſignitam; quam & Volumniam ab Antonio vocatam eſſe Cicero
 indignatur Philip. 2. 48. Quod autem voluit, iter illud Lycoridis Alpinum & Rhe-
 nanum, eam ipſam eſſe Antonianam perluſtrationem Italiae, parum certe congruit tem-
 poris. Quippe duplex ab Antonio perluſtrata Italia eſt, eadem comite mima, inquit
 Cicero, ibid. 51. Altera ante pugnam Phariſalicam, ab eo tum tribuno plebis, altera
 poſt pugnam, ab eodem tum equitum magiſtro: hoc eſt annis, ut minimum, decem an-
 te editionem huius Eclogæ, quæ poſtrema omnium ſcripta fuit, ea tempeſtate, qua jam
 Antonius in Oriente cum imperio verſabatur. Extremum hæc Arethufa, &c.
 Ita igitur ſtatuo: aut Lycoridem illam, a Cytheride, ſive Volumnia mima diverſam eſſe;
 aut Galli rivalem, diverſam ab Antonio; aut hæc Ecloga exhiberi Gallo prætoriarum
 amorum hiſtoriam, veterumque caſuum memoriam voluptatis cauſa revocari, cum Ly-
 coridis fuga multo prius conſiſſet.

N O T Æ.

GALLUS.) Cneus, vel Publius Corne-
 lius Gallus, nam vario prænomine reperitur:
 cuius Porcullienſis, du Froid: ex inhma
 fortuna ad ſummam Octavianii eraticam, im-
 mo & amicitiam eveltus eſt. Suet. in Aug.
 66. Egregiam ei navavit operato in Alexan-
 drino bello: in quo captam a ſe Paraconium
 urbem, advenit viam doſoſque M. Antonii,
 vi dolente fortiter propugnavit. Ideo mor-
 tua Cleopatra & Antonio, redactaque in
 provincie formam Ægypto, non auſus Cæ-
 ſar, metu novarum turbarum, copioſam re-
 gionem, gentemque leviffimam viro nobili
 committere, tamen eam amico Gallo crede-
 re non dubitavit. Dio. l. 51.

At non ita multo poſt, abuſus fortunæ am-
 plitudine, hæbas ob tributa ſeditionem mo-
 ventes, aut expilavit, ex Ammiano l. 17. aut
 funditus evertit, ex Hieronymo in Euſeb. Tum
 cepit in ipſum imperatorem multa interper-
 nante ſactare, præſertim inter poeula. Dio.
 l. 53. Ovid. Triſt. 2. 443. Statuas ubique ſibi per

Ægyptum erexit, acta ſua pyramidibus inferi-
 pit. Quibus nominibus cum eſſet a Vale-
 rio Largo, ſocio & conviſore olim ſuo,
 accuſatus; Anguſtus huic Gallo ob ingra-
 tum & malevolum animum, domo & pro-
 vincias ſuis interdixit. Senatus graviore ſen-
 tentia, multatum bonis, & exilii ignomi-
 nia notatum eo adegit, ut ſua ſibi manu
 mortem acceſſeret. Mortuum tamen Gal-
 lum luxit Auguſtus, & ob ſeveritatem Sen-
 natus vicem ſuum conſequeſtus eſt: quod ſibi
 ſoli non liceret, amicis quatenus vellet, traſci,
 Suet. 66. Perit ætatis anno 40. aut 43. ut
 in Hieron. & Euſebio varie ſcriptum eſt:
 U. C. 728., ante obitum Virgillii 7. Multis
 carus, Pollionis imprimis, itemque Ciceronis,
 ut colligitur ex epilloſis Pollionis ad Cice-
 ronem, quæ habentur apud ipſum Cice-
 ronem Famil. l. 10. 31. & 32. Virgilio certe
 caſiſſimus: qui ejus etiam laudes celebræſſe di-
 citur quarto Georg. libro: unde poſt ejus necé
 Auguſti juſſu ſublatae ſunt, & earum in locum
 Ari-